Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon pharmaceutico-chymicvm

Spina, David de

Francofurti ad Moenum, 1700

C

urn:nbn:de:bsz:31-127465

Visual Library

& epilepſiam, operatur per ſudores à 6. granis ad 15. in forma pilulari vel boli cum conſervâ. *Vid. corp. ph. p. 54. a.*

## Liquor ſive Butyrum *Arſenici.*

℞. *Pulveris Arſen. fixi* q. v. diſſolvatur in cella per deliq.

Sic conducit venenatis ulceribus in lue venerea, cancro, Serpigine, ani fiſtulis, morſu canis rabidi, &c.

Uſus ☍ Arſen. illius ( vel pulveris ) tantum in ∇ *plantag.* vel *perſic.* ſolvitur, ut mixtura ipſa guſtu linguæ tolerari poſſit.

Aqua illa lavetur vulnus ſeu ulcus.

*Baſilius* addit Sal. ♀ri & ad liqueſcendum exponit. Vid. corp. ph. p. 57. a.

## Butyrum aliud Arſenici.

℞. *Butyri Arſen.* ℥j. ☍ *Myrrh.* ℥ij.

Miſce.

Paracelſus l. de mort. rer. nat. hanc Arſen. fuſionem inſtituit cum *ſal. nit.* liquefactionemque ſubſequentem in cella, mortificationem vocat, atque Realgaria, &c. Simili modo poſſe mortificari perhibet.

Quercet. in ſpagyr. præparatione præparationes Arſen. datas ænigmaticè deſcribit, quas in Querc. Redivivo enucleatas reperies. Vid. corp. ph. p. 57. a.

# C.

## Cæmentum Vulgare, *fieri ſolet hunc in modum.*

℞. *Farinæ laterum* ℥viij. ⊖*is ppt.* ℥iiij. *Nitri, æruginis* aa. ℥ß.

M. fiat pulvis. Vid. corp. ph. p. 233. a.

Cæmen-

## Cæmentum Regale, *quod Soli auro probatiſſimo parcit.*

℞. *Farinæ laterum* ℥iiij. *Salis armoniaci*, *Salis gemmæ*, *communis ppt.* aa. ℥j.

Pulveriſata & commixta *urina* humectentur.

Omnium tamen perfectiſſimus cæmentandi modus eſt ſequens.

Liquefiat *aurum* cum duplo ſuo ponderis *optimi cupri*, reduc in lamellas tenuiſſimas inſtar papyri; quas cæmenta per 40. 50. horas igne forti faciendo ſtratum ſuperſtratum cum *farina laterum*, *ſale communi*, *colcothare*, *viride æris*, & modico ✱ci cum aceto forti permixtis: in hoc examine totum cuprum evaneſcit ſulfure ipſius incombuſtibili, & tinctura in auri ſubſtantia remanente. Vid. corp. ph. p. 233. a.

## Candelæ fumales F. F. *ex Schræd.*

℞. *Benzoin.* ℥xvj. *Lign. Aloes*, *Rhod. Santal. Ladan.* ana ℥iv. *Oliban. Maſtich.* Caryophyll. ana ℥iij. *Sacchar. alb.* ℔ij. *Carbon. tiliæ* ℔iiij. ß.

F. Omnium pulvis ſubtiliſſimus & cum *mucilagine tragacanth.* in ▽ *roſar. majoran.* & *cort. citri* facta, formentur candelæ, addendo parum ſtyracis liquid. & Therebinth. Vid. corp. ph. p. 365. a.

## Caſſia Extracta *P. A. V.*

℞. *Violariæ*, *Malvæ*, *Mercurialis*, *Betæ*, *Parietariæ*, *florum violarum* ana M. j.

Fiat omnium decoctio *in aqua* ſufficienti, quo decocto caſſia extrahatur & cannæ ejus laventur, deinde

℞. *Pulpæ caſſiæ* cum hac decoctione extractæ & ad ſpiſſitudinem coctæ ℔j. *Sacchari Thomæi*, ℔iß. Coque ad perfectionem ut eſt artis. Vid. corp. ph. p. 552. a.

## Caſſia Extracta pro Clyſteribus *Zuvelfferi*.

℞. *Rad. Aſari, Cyclaminis, Bryoniæ, Liliorum alb.* ana ℥iß. *Ireos flor. Liquiritiæ* ana ℥j. *Herb. Malvæ, Anethi, Origani, Parietariæ, Mercurialis, Menthæ,* ana recent. M. ij. *flor. Chamomillæ, Roſar. pallidarum, Violarum*, ana M. iiß.

inciſa coquantur in ſ. q. aquæ ſimpl. ad reman. librarum quatuor vel quinque, hac colatura cum expreſſione facta ac clarificatâ additâ, nec non

*Succi herbæ Mercurialis depurati* ℔j. Extrahatur ex Caſſiæ fiſtulis pulpæ ejus ℔iß.

Huic Caſſiæ extractæ & ad competentem conſiſtentiam redactæ porrò adde:

*Sacchari Thomæ* ℔j. vel etiam loco Sacchari Mellis ſimplicis boni ℔iß.

Paucis ebullitionibus fiat Electuarium juſtæ conſiſtentiæ, clyſteribus ſolutivis & lenientibus, ac etiam carminativis, admiſcendum, ab ℥ß. ad ℥j. *Vid. corp. ph. p. 555. a.*

## Caſſia Extracta Laxativa *Zuvelfferi*.

℞. *Fol. Senæ ſine ſtipit.* ℥iß. *Rad. Mechoacæ albæ, Hermodactyl.* ana ℥j. *Rhabarb. elect.* ʒvj. *Aſari* ℥ß. *Petroſelini, Cichorii* ana ℥j. *Agarici Trochiſcati* ℥ß. *Cremoris Tartari* ʒvj.

Ex his ſpeciebus inciſis fiat repetitâ coctione cum aqua ſimplici, virtutum omnium extractio; decoctorum verò colatorum & expreſſorum clarificatio, ac ad ſpiſſitudinem extracti ſeu mellis, tandem lenis in diplomate exhalatio; Huic extracto adde:

*Caſſiæ ſimpliciter extractæ* ℔iß. *Sacchari alb. can.* ℥viij. *Mannæ el. Calab. colatæ priùs* ℥v. *Elæoſacchari Aniſi* ℥j.

Fiat leni calore pro diſſolutione Sacchari & Mannæ Electuarium debitæ conſiſtentiæ. *Vid. corp. ph. p. 256. a.*

## Caſſia Solutiva Prima *Zvvelfferi.*

℞. *Fol. Senæ elect.* ℥ß. *Rad. Mechoacæ albæ, Rhabarb. opt.* ana ℥j. *Aſari* ℥iß. *Cremoris Tartari*, ℥v.

Inciſis incidendis ſuperfundantur ℔iv. *aquæ ferventis*, & factâ maceratione brevi coquantur parùm, decoctum coletur & exprimantur ſpecies, quæ denuò nova aqua affusâ, & quidem repetitis vicibus quouſque omnis tinctura ſeu virtus catarthica extracta ſit, coquendæ ſunt: poſtea omnes decoctiones ſimul junctæ albuminibus ovorum clarificentur & ad ſpiſſitudinem mellis in diplomate ſeu vaſe abſtrahantur, cui extracto tandem junge:

*Florum ſeu pulpæ caſſiæ ritè paratæ* ℔iß. *Sacchari can. albi* ℥vj. *Eſſent. Citri Sacchar. n.* ex recentibus corticibus ℥ij. *Cremoris Tartari* ℥ß.

Miſceantur exactè, fiat Electuarium ſeu caſſia ſolutiva, quæ leniter operabitur in morbis calidioribus, & calida hepatis conſtitutione.

Doſis ℥ß. ad ℥vj. *Vid. corp. ph. p.* 554. *a.*

## Caſſia laxativa ſecunda *Zvvelfferi.*

℞. *Rhapontici veri* ℥ij. *Rhabarbari optimi* ℥j. *Myrobolan. Chebularum, Belliricarum, Indarum* ana ℥ß.

Inciſis & conquaſſatis ſuperaffundantur *aquæ ſimplicis ferventis* ℔iv. & factâ digeſtione brevi coquantur parum, decoctum coletur, ſepties denique novâ affusâ aquâ repetitis vicibus ad omnem virtutis & Tincturæ extractionem coquantur.

Decoctiones dein omnes & junctim albumine ovorum clarificatæ, ad mellis ſpiſſitudinem leniter evaporentur cui extracto liquido tandem junge:

*Florum ſeu pulpæ Caſſiæ legit. extractæ* ℔iß. *Sacchari Canarii albi* ℥vj. *Eſſent. citri ſacchar. n.* ℥j.

Fiat Electuarium.

Præſtat in fluxibus alvi biliofis, Lienteria, Diarrhœa, Dyſenteria, & diuturna Gonorrhæa, ubi virtute laxativâ, adſtrictoriâ pariter opus eſt.

Doſis ℥ß. ad ℥j. *Vid. corp. ph. p.* 554. *a.*

## Cataplaſma ad Aſciten *Michaëlis.*

℞. *Sterc. columb.* in acet. macer. ℔i. *ſulph. viv.* ℥i. *nitri* ℥ß. *rad. helen. Bacc. lauri herb. aneth. cham.* ana ʒvi. *ſem. naſt.* ʒij. coq. ad ſpiſſit. adde *mell.* ℥ij. *tereb.* ʒiß. *ſucc. ebul.* ℥ij *irid.* ʒiß. *ſoldan.* ʒß. *farin. fab.* ℥j. M. F. Catapl. in Hydrope Aſcite uſurp.

## Cataplaſma ad ambuſta ex quacunque re *Th. Hoffmanni.*

℞. *Albumin. ovor.* no. ij. *Olei roſac. non rancid.* ℥ij. *aq. roſat. opt.* ℥j.

Agitentur & miſceantur exactiſſimè, applica cum ſerico vel linteo admodum raro, nec ante 14. diem removeantur; interim tamen de die linteum humectetur uſque ad quartum diem. Poſt quartum diem remove albumen ovi, & ejus loco admiſce vitellum ovi, ac ſæpiùs in die linteum hâc materiâ madefiat.

Si major eſt aduſtio, *Saccharum Saturni* addi debet.

## Cataplaſma Apoplecticum *Pharm. Batean.*

℞. *Radic. Bryon. rec.* ℥iij. *Sem. ſinapi, Sapon. nigri,* aa. ℥j. *Cantharid.* ʒvj.

Optimè contuſis adde *Aceti opt.* q. ſ. ut fiat cataplaſma capiti raſo applicandum.

## Cataplaſma ad Bubones Peſtilentiales *Ettmüll.*

℞. *Herb. parid.* Miij. *rad. lil. alb.* ℥iß. *fic. ping.* no. iij. coq. in *aq. & ol. lil. alb.* q. ſ. *ther. opt.* ℥ij. *bufon. pulv.* ʒiß. *ſapon. ven.* ʒiij. M. F. Cataplaſma.

## Cataplaſma ad Bubones Peſtilentiales *Michaelis.*

℞. *Herb. parid.* Mij. *Rad. lil. alb. alth.* ana ℥ij. *fic. ping.* no.

no. vj. coq. in ſ. q. *ol. lil. alb. fulig. ſplend.* ℥i. *ſapon. ven.* ʒvi. *ol. aran.* ʒi. F. C.

Cataplaſma pro Carbunculis *ex Theſ. Hoffmanni.*

℞. *Lentium Gallarum*, an. ℥iß. *Rad. lil. alb. Symphit.* an. ℥ij. *fermenti* ℥I v. *ceparum* no. vj. *Nuc. jugland.* no. XII. *Alliariæ, plantagin.* an. M. iij. *Solani, Scabioſ. Malv.* an. M. ij.

Coq. in ▽ *fontan.* ſ. q. optimè contuſis adde:

*Theriac.* ℥ij. *Salis* ℥iß. *Sinapi, Saponis, Stercoris columbini* an. ℥j. *Vitell. ovor.* no. vj. *Croci* ʒij. *Farin. hordei. Lithargyrii* an. ℥iv. *Axungiæ porci* ℔ß.

Miſce, fiat Cataplaſma.

Cataplaſma cephalicum in deliriis ex tempore parandum *ex Zvvelffero.*

℞. *Nucleorum Perſicorum* ℥j. *Ceraſorum* ʒij. *fol. recent. nucis juglandis, Herb. recent. Majoranæ, Menthæ aquaticæ, Roriſmarin, Verbenæ* an. ℥ß. *flor. roſarum recent.* vel ſale condit. ℥j. *Nucum Moſchat.* ʒvj. *Baccar. Juniperi* ℥ß. *Limacum recent.* è teſtis except. num. XII. *Micæ panis triticei* ℥iij.

Conſcindantur & contundantur diu in mortario, ad pultis formam addita:

*Aquæ roſarum* vel *Majoranæ* q. ſ.

Fiat cataplaſma cephalicum, fronti, temporibus, & vertici ipſi, abraſis capillis in deliriis, febribus, ardentibus, & Hungaricis ut & contra Maniam applicandum. *Vid. corp. ph. p. 662. a.*

Cataplaſma de Cineribus M*inſichti.*

℞. *Ciner. Hermodactylorum, Rad. Aſphodel. Stip. fabarum, lig. Sambuc. Ficuum, Sarmentor. vitis, Ebuli,* ana q. v.

Miſce & cum *vino albo* fiat Lixivium.

℞. *Hujus lixivii* ℔iiij. *Panis cibar. nigri* q. ſ. coq. ad ſpiſſitudinem, poſtea adde: *Aceti vini aſperrimi* ℔ß. *Lap. medicamentoſ.* ℥iij. *Pulv. ſem Cymini, Bacc. lauri, Caryophyllor.* an. ℥j.

Et fiat leniter coquendo ut eſt artis cataplaſma.

In tumoribus hydropicis, facta evacuatione, extendatur ſuper pannum linteum, & ſuperimponatur, relinquaturque per aliquot horas, poſtquam detumeſcere incipiat, ponatur verſus genua, ſemper deſcendendo, uſque ad pedes. *Vid. corp. ph. p. 658. a.*

## Cataplaſma contra Cruorem, vulgo Gerbandt *ex Schrœdero.*

℞. *Bol. Armen.* ℥iij. *Cretæ* ℥j. *Pruror. Sylveſtr. ſicc.* ℥j.

Pulveriſa quam minutiſſime, & coque cum aceto acerrimo hinc admiſce:

*Radic. Symphyt. Pulveriſat. parum.*

In fine adde *farinæ avenæ* q. ſ. ad conſiſtentiam cataplaſmatis, ſubinſtillando non nihil *olei myrtillorum.*

Vires ſunt: Cruorem ex caſu vel contuſione collectum reſolvere & ſiccare teſte Felix Wirtz in ſua Chirurgia.

N. Ejuſce farinæ cataplaſmata inter Chirurgos uſitatiſſima ſunt, fiuntque ex terra ſigillata, bolo armena, ſanguine draconis, ceruſſa, pice, reſina, ſuccino, lapid. calamin. ſucco acaciæ & ſimilibus adſtringentibus & exiccantibus. *Vid. corp. ph. p. 658. a.*

## Cataplaſma Cordiale *Zvvelfferi.*

℞. *Cortic. citri* vel *Limon. Arantiorum* ana *recent. & extim.* ℥ß. *Herb. recent. Baſilici, Majoranæ, Roriſmarini, Flor. recent. Tunicæ*, an. ℥ß. *Roſarum* vel ſale condit. ℥j. *Caryophyllorum* ʒij. *Macis* ʒß. *Croci Auſtr.* ʒiß. *Pulpæ panis triticei* ℥ij.

Con-

Conſcindantur & contundantur diu multumque in mortario, ad pultis ſimilitudinem, addita ſ. q. *Aceti flor. Arantiorum* aut *Tunicæ.* vel *Roſarum.*

Fiat cataplaſma, aut Epithema cordi & pulſibus panno rubro exceptum, admovendum ſæpiùs. *Vid. corp. ph. p. 663. a.*

## Cataplaſma emolliens & diſcutiens D. D. R. ex *Theſ. Hoffmanni.*

℞. *Rad. lil. alb. alth. Mandragor.* an. ℥i. *Cepar.* n. vj. *Caricar.* no. IV. *fol. Malv. abſynth. ſalv. fl. aneth. Chamæmel.* an. M. ß. *h. Hyſſop. Origani* an. M. j.

Coq. in ▽ & 🜊 an. ſ. q.

Optimè piſtatis adde *farinæ tritici, Lini, fœn. Græc.* an. ℥ii. *Adipis Gallinæ, porci, ol. coct. Chamæmel.* an. ℥iß. Miſce. *Vid. corp. ph. p. 659. a.*

## Cataplaſma eſcharam tollens biduo, ut ſponte decidat, *Theſ. Hoffmann.* D. D. S.

Recip. *Sal. comm.* ℥ß. *Piperis* ℥i. *Caricar. ping.* no. iii. *fol. rutæ virid.* no. i. *ferment. veter. & aridi* ℥i.

M. omnia diligentiſſimè in form. cataplaſmatis. *Vid. corp. ph. p. 659. a.*

## Cataplaſma *inſigne ad* Enterocelen, & alias rupturas ſeu Hernias *Zvvelfferi.*

℞. *Rad. conſolid. major.* recent. mundat. & conſciſ. ℔i. *Herb. Saniculæ rubræ, cum radicibus recent.* ℔ ß. herb. recent. *conſolidæ Saracen.* ℥iii. *Fol. quercus, Pyrolæ, Perfoliatæ,* an. ℥ij.

Inciſa omnia coquantur in ſ. q. *Aq. ſimpl.* repetitis vicibus affuſæ, quouſque tota virtus & mucilago extracta ſit.

Colaturæ omnes unitæ ad remanentiam circiter

libra-

librarum duarum & conſiſtentiam mucilagineam, ſeu gelatinam evaporent; cui immiſce:

*Pulv. rad. tormentillæ* ℥iß. *Ariſtoloch. rotundæ, flor. Roſarum rub. Balauſtiorum, Sem.Perfoliatæ, Maſtichis, Myrrhæ, Olibani, Sangu. Draconis, Nuc. cupreſſi* an.℥i. *Sarcocollæ* ℥vi.

Coquantur denuò, lentô igne, parùm, continuò agitando, ad conſiſtentiam cataplaſmatis, mucilaginoſi mollioris: quod in olla aſſervandum, & ſingulis diebus bis, & quidem calidè, linteolô rarô involutum, regioni partis affectæ, ſeu ruptæ, applicandum eſt.

Inteſtinis, ſive Omento, priùs in ſitum, ſeu locum ſuum, repoſitis, ac impedimento cinguli ac ligaturæ præcaveto, ne illa ampliùs prorumpant.

Quamobrem patiens quietus & ſine motione in lecto, capite paulò ſupinus, recubare, & per unam, alteramve ſeptimanam in illo ſitu ſe detinere debet. *Vid. corp. ph. p. 663. a.*

## Cataplaſma antifebrile *ex Schrœd.*

℞. *Fol. urtic. maj. Solan. Semperviv.* an. M. i. *Tel. aran.* ℥ii. *Sal.* q. ſ.

F. catapl. applicandum pulſib. in febr. *Vid. corp. ph. p. 660 a.*

## Cataplaſma antifebrile *ex Th. Hoffm.*

Recip. *Urtic. min. recent. Burſ. paſtor. rec. rutæ rec.* an. mß.

Groſſo modo cum 🜊 acerrimo contuſis adde *Lapid. prunell. Salis comm. rutæ rec.* an. Mß.

F. Cataplaſma ſingulis quinque horis pulſui applicandum in febribus. *Vid. corp. ph. p. 660. a.*

## Cataplaſma de ferment. *Minſichti.*

℞. *Fermenti veter.* ℥iß. *Succini citrin.* ℥iij. *Nuc. Moſchat. Cubebarum* an. ʒß. *Menthæ criſpæ*, *Caryophyllor.*

ana

ana ℈j. *Caſtorei veri*, *Lig. Aloës*, ana ℈ß. Miſc. & cum pauxillo *Spir. vini ſimplic.* & *acet. vini*, ana redigantur in formam cataplaſmatis.

Summo capitis vertici totum & tepidè impoſitum aliquoties repetendo, & interdum recens ſubſtituendo, linguæ paralyticæ cauſam egregiè diſcutit, & materiam à ſuperioribus ita evacuat & conſumit, ut ſemper non ſine admiratione motus & ſermo redeant: propterea ad loquelam recuperandam, & catharros exſiccandum, ſecretum eſt. *Vid.corp.ph.p. 660. a.*

### Cataplaſma Febrile *Minſichti.*

℞. *Pulv. pyrii pulveriſat. ſal.com. fuſi* ana ℥i. *tel. araneat. nuc. m. oliban. elect.* ana ℥ij. *herb. abſ. burſ. paſt. urt. min. rutæ* ana Mj. *tereb. alb.* q. ſ. ut F. Cataplaſma pro pulſib. in pueris tertiana ſpuria laborant. *Vid. corp. ph. p. 659. a.*

### Cataplaſma Febrile *Anhaltinum Mich.*

℞. *Pip. ſal. croc. or. allii.* ana q. ſ. F. C.

### Cataplaſma Hypnoticum *D. D. R.*

℞. *Farin. hord.* ℥ij. *pulv. alabaſtr.* ℥iß. *rad. rhod.* ʒvi. *pap. alb.* ℥iij. *nucl. perſic.* no. xxx. *ſp. vin. aq. aneth.* q. ſ. opt. contuſ. adde in fine *phil. rom.* ʒvi. *req. Nicol.* ℥iß. *croc.* ℥i. *ceræ liquat.* ℥i. F. C. plantis pedum ad ſomn. excit. applic. *Vid. corp. ph. p. 660. a.*

### Cataplaſma contra Iſchuriam *Ettmülleri.*

℞. *Herb. pariet.* Mij. *chæref. fl. cham.* ana Mj. inciſ. & contuſ. coq. ad mollit. pulp. adde *ol. ſcorp.* ℥ß. *butyr. rec.* ℥j. F. C. in ſuppreſſ. urinæ uſurp.

### Cataplaſma Laxativum *ex Schrœdero.*

℞. *Raſuræ Rad. bryon. rec. Mell. comm. liquid.* ana ℔j. *Fellis taurin.* ℔ß.

M. F. Catapl. quô venter inferior veſperi in introitu

lecti per noctem, emplaſtretur. Puerulis ad alvum bis terve movendam, lumbricoſque tum necandos, tum excludendos ſufficit.

In adultis v.

℞. *Succorum cucum. agreſt. Panis porcin.* ana ℥j. *Lactis ricin. & Tithym.* ana ℥ß. *Pulv. hier. picr.* ʒiij. *Pulp. colocinth. Helleb. utriusque* ana ℈ij. *Claſſ. recent. extract.* ℥ij. aut iij.

Nutriantur omnia ſimul. F. Catapl. quod ventri admoveatur, ab umbilico ad pubem, vel cum butyri vetuſti putrefacti q. ſ. incorporentur in unguentum. *Vid. corp. ph. p. 661. a.*

## Cataplaſma ad contuſiones & Livorem faciei ex *Zvvelffero.*

Rec. *Pulv. rad. ſigilli Salomonis* ℥ß. *Ireos florent. roſarum albarum, Olibani* ana ʒiß. *Camphoræ* ʒß. *Pulpæ panis triticei* ℥iß.

Contundantur probe in mortario ad pultis formam, addita

*Mucilaginis Tragacanthi* ſ. q.

Fiat cataplaſma, quod, linteolis exceptum, & applicatum livorem extrahit, ac priſtinum nativum colorem reſtituit.

Quodſi verò contuſio oculorum eſſet conjuncta, ſanguineque ſuffuſi oculi, addi poſſent huic cataplaſmati circiter duo *ovorum vitelli*, item *pulv. croci* ʒß. &, in locum Mucilaginis Tragacanthi, ſurrogari *lac recenter mulctum*; idque pro cataplaſmate efficiendo.

Vel paretur hoc modo.

Rec. *Pulpæ panis triticei* ℥iß. *Pulv. rad. ſigilli Salomonis* ℥ß. *Ireos noſtr.* ʒvj. *Flor. roſar. alb. Olibani albi* ana ʒij. *Croci optimi, Tragacanthi*, a. ʒß.

Cum ſ. q. *lactis recentis*, fiat, contundendo in mortario,

rio, Cataplaſma; Addendo ultimò *Vitelli ovi* unius vel duorum; in quibus *Camphoræ* ʒß. ſubacta ſit.

Fiat catapl. quod linteolis illitum, tepide applicetur externè oculis; nec tamen fortiter ac ſtrictè ligetur (quod bene notandum) ne tranſpiratio impediatur. *Vid. corp. ph. p. 662. a.*

## Cataplaſma ad mitigandos *dolores in Scorbuto, ex Theſ. Hoffmanni.*

Rec. *Lumbric. terr.* ℥iß. *Radic. Alth. Lil. alb.* aa. ʒvj. *Liquiritiæ.* ʒß. *Fol. Malvæ, Verbaſc. Fl. Chamæmel. Roſ. r. Sambuci, Melilot.* aa. Mß. *h. Cochlear. rec. Naſturt. rec. aquatic.* aa. M. j. *Beccabung. rec.* M. ij. *Sem. lini, fœn. Græc. pſylli* aa. ʒvj. *farin. hordei* ℥iij. *Siligin.* ℥iß. *Bacc. Junip.* ℥j.

Subtiliſſ. pulveriſat. coq. ex *lacte caprino recenti* poſtea adde *ol. lumbricor.* q. ſ.

M. fiat Cataplaſma.

## Cataplaſma de Nido hirundinis *Minſichti.*

℞. *Nid. hirund.* no. j. *alb. græc.* ℥iß. *rad. alth. lil. alb.* ana ℥i. *caric. ping. dactyl.* ana no. iij. coq. in *aq. com.* ad remanent. pult. poſtea adde *ol. viol.* ℥iij. *farin. chamæm. fænugr. ſem. lin. trit.* ana ʒvi. *cereb. cati pulv. noctuæ camb.* ana ʒij. *vitell. ov.* no. j. *croc. or.* ℈i. M. F. C. in Angina. *Vid. corp. ph. p. 664. a.*

## Cataplaſma de Nido hirundinis *Michaelis.*

℞. *Nid. hirund.* no. j. *flor. malv. lil. alb.* ana Mj. *fic. ping.* no. viij. *ſem. fænugr. lini* ana ℥i. coq. in ſ. q. *lact. alb. græc.* ℥i. *noct. comb.* ʒij. *ol. lil. alb. cham* q. ſ. F. C. in Angina uſurpandum.

## Cataplaſma Ophthalmicum *ex Theſ. Hoffm.*

℞. *Radic. conſolid. major. minor* ana ℔ß. *fl. Chamæmel.* meli-

*melilot. lut. Croci*. a. ℥ij. *farin. fabar.* ℥iv. *fœn. Græc.* ℥iß. *Butyri rec.* ℥vj.

Coq. ſ. a. tandem terantur. F. Empl.

N. Si addideris *ſucci abſinth. cymin.* a. ℥j. Medicinam ei parem non facilè invenies. Facit ad contuſiones oculorum, ubi eſt reſolvens & exſiccans materiam in parte affecta circa oculos contuſos, dolorem inſuper mitigans, &c. *Vid. corp. ph. p. 665. a.*

### Cataplaſma contra Picam *Michaelis.*

℞. *Cort. citri, meliſſ. cal. arom.* ana ℥i. coq. in *vino* contund. *Ol. maſt. nard.* ana q. ſ. cum *pane toſto*. F. Catapl.

### Cataplaſma Podagricum *Pharm. Batean.*

℞. *Sapon. nigr.* ℥iiij. *Vitell. ovor.* no. 2. *Croci* ʒj. *Olei ſpicæ* ℥j. M. ſ. a. pro cataplaſmate.

### Cataplaſma purgans *Theſ. Hoffmanni.*

℞. *Cataput. minor. Succi tithymal. Colocinth.* aa. ʒv. *Cucumer. aſinin. Hellebor. nigr.* aa. ʒiij. *Therebinthin. Cortic. inter. Sambuc.* aa. ʒvj. *Scammon.* ʒiij. c. ſ. q. Mellis.

Fiat cataplaſma.

Umbilico admotum alvum movet, ventriculo, vomitum, Lumbis, urinam movere dicitur. Vid. corp. ph. p. 661. a.

### Cataplaſma reſolutivum *Foreſti ex Schrœdero.*

℞. *Flor. Chamamel. Stæchad. Summ. Abſynth. Rut. Caulium & Stipitum eorum, Salv. Sabin.* a. M. j.

Coque omnia ſimul *in lixivio ex cinere quercus* vel *Sambuci*, vel *vitis albæ*, deinde piſtentur addendo pulverem, qui

Rec. *Alumin. Sulphur. Gallar. Cypreſſ. Sal. commun. Aloës, Baccar. lauri, Pyrethr. Sem. caul.* a. ℥ij.

In

In fine addatur *Stercus recens columbarum* vel *caprarum*.

Reſolvit craſſos humores ac tumores inde ortos, ut varices, elephantiaſin Arabum, &c. *Vid. corp. ph. p. 664. a.*

## Cataplaſma ad ſingultum *Minſichti.*

℞. *Fermenti* ℥iij. *Bacc. juniperi*, *Roſarum rub. Menthæ criſp.* ana ʒj. *Caryophyllorum*, *Nuc. Moſchat. Macis*, ana ʒß. *Aceti vini fortiſſimi* q. ſ.

F. cataplaſma cui immiſce *olei Cymini & Carvi* a. ℈ß.

Hoc maximè in ſingultu calidè ſtomacho duobus linteis comprehenſum & ſæpiùs applicatum valet, & eſt ſingulare experimentum. *Vid. corp. ph. p. 666. a.*

## Cataplaſma Scorbuticum *contra tumores pedum Minſichti.*

℞. *Furfur. ſiliginis* bene triturat. ℔ß. *Farin. hordei*, *fabar.* ana ℥iij. *Lupinorum*, *Lentium* ana ℥iß. *Saponis Venet.* ℥ij. *flor. Chamæmel.* ℥ij. *Malvæ arbor.* ana ℥j. *Lithargyr. argent. Bol. Armen. rub.* ana ℥ß. *Rad. Chinæ elect. Rhabarb.* ana ʒiij. *Fung. Sambucin.* num. vij.

Coq. in *Succ. Ebuli expreſſ.* ad ſpiſſitudinem ut fiat cataplaſma. Vide corp. ph. p. 665. a.

## Cataplaſma ad Scrophulas *Hoffm.*

℞. *Ferment. pan. trit.* ℥iß. *panis ſilig.* ℥i. *vitell. ov.* no. j. *ol. com.* q. ſ. *croc.* ʒß. M. F. C. Vid. corp. ph. p. 666. a.

## Cataplaſma contra ſingultum *Michaelis.*

℞. Ferm. *acerr.* ℥iv. *Herb. menth. abſ. roſ. rub.* ana ℥i. *maſt.* ʒiij. *nuc. m.* no. ij. *zed.* ʒiß. *acet. roſ.* q. ſ. F. C.

## Cataplaſma ſtomachale *Ettmülleri.*

℞. *Ferm. acerr.* ℥iij. *Herb. menth.* ℥i. *zed.* ℥ß. *ſem. cumin. aniſ.*

*aniſ.fæn.* ana ℥iij. *acet.roſ.* q. ſ. *Ol.macis. caryoph.* ana gutt. ij. M. F. Catapl.

Cataplaſma *excellens* in tumoribus Scirrhoſis, Mammillarum, *qui in cancrum vergunt*, *D. D. C. ex Theſ. Hoffmanni.*

℞. *Pulp. Pomorum Borsdorf. raparum majoran.* an. ℥j. Coque cum *lacte caprino* vel *aqua Malvæ.* ad pultis conſiſtentiam, adde, *Medull. panis albiſſ.* ℥ß. *farin. fabarum, ſem. fæn. græc.* an. ℥iß. *fol. alth. braſſic. r. Malv. arboreſc. roſar. r.* an. ℥j. *Ficuum* no. vij. *Croci* ℈ß, *C. ol. roſar.* ſ. q.

Fiat cataplaſma.

Hoc per tres dies applicatô, rumpitur apoſtema.

N. Si velis magis emollire, adde *diachyli ſ.* ℥j. rupto autem apoſtemate pro majori maturatione materiæ adde *diachyli compoſiti* ℥j. *Vid. corp. ph. p. 666. a.*

Cataplaſma ad tumores duros artuum, (vulgò wider den Gliedſchwamm) *Zvvelfferi.*

℞. *Pulv. lapid. n. medicamentoſi* ℥iv. *Pulv. Sulphuris citrini* ℥ij. *Lapidis calaminaris, Maſtichis, Olibani, Myrrhæ, Gumm. Ammoniaci, Bacc. Junip. virid.* an. ℥j. *Rad. Ariſtoloch. rotundæ, Tormentillæ, Herb. Roriſmarini, Salviæ, Chamæpithyos, flor. Roſarum rub. Balauſt, Sambuci,* an. ℥vj. *Pulpæ panis triticei* ℥iv.

Coquantur cum *aq. vivæ calcis antimoniatæ*, in cataplaſmate ſive cerato ad tumores duros, jam edoctæ, ad cataplaſmatis ſat ſolidam conſiſtentiam: quod parti affectæ immediatè bis tervè de die, applicandum.

Reſolvit, diſcutit, extrahit & diſſipat, potenterque exſiccat. Unde tumores duriſſimos & Strumas, ſenſim conſumit, ac partes roborat. *Vid. corp. ph. p. 663. a.*

Cata-

## Cataplaſma Veſicatorium.

℞. *Canthariд. præparat.* (i.e. alis & capitibus abſciſſis) num. xxx. *Fermenti acris* ℥j.

Cantharides pulveriſatæ ſuſcipiantur, humectando, ſi opus ſit, aceto acri. *Vid. corp. ph. p. 666. a.*

## Cataplaſma veſticatorium *Michaelis.*

℞. *Cantharid. pulv.* ℈i. *euphorb.* gr. xij. *caſt.* ℈i. *ferm. acerr.* ℥ß. M. F. C.

## Cataplaſma contra vomitum *Dolæi.*

℞. *Succolad.* ℥iß. *conf. alk.* ℨiij. *ol. nuc. m. exp.* ℨiiß. *balſ. Peruv. nig.* ℨij. *vin. malv.* q. ſ. F. Cataplaſma.

## Cataplaſma *ſeu Ceratum* ad tumores Oedematoſos *& duros Zvvelff.*

℞. *Antimonii crudi* ℥viij. *Calcis vivæ* ℥xviij.

In pulveres redacta miſceantur, quibus ſuperaffundantur:

*Vini rubri* ℔. quinque vel ſex:

Factâ digeſtione duobus circiter diebus aliquoties primâ ſaltem die commovendo, decantetur, alterâ die prætergreſsâ, quod clarum per inclinationem: cum hoc liquore coquantur ſequentia; utpote:

*Pulv. Lapid. medicamentoſi n* ℥iiß. *Sulphuris* ℥ij. *Olibani pulv. Myrrhæ, Sang. Draconis, Succini,* an. ℥iß. *Roſar. rub. Balauſtior.* an. ℥j.

Ad conſiſtentiam cataplaſmatis ſolidiorem ne manibus adhæreat; Jam verò ſolvantur in

*Therebinthinæ claræ* ℥v. *Gumi Tacamahacæ, Elemi, Pulv. Gum. Maſtichis* an. ℥j. *Ammoniaci* ℥iß & *ceræ flavæ novæ* ℥iij.

His inſimul mixtis & liquatis, ſuperiùs cataplaſma ſenſim immiſceatur, fiatque ſic Ceratum, ſeu cataplaſma, potens, ad ſtrumas, & tumores duros emollien-

dos, & diſſipandos. Reſolvit enim & exſiccat humores artubus impactos. *Vid. corp. ph. p. 661. a.*

Catharticum Cæſareum *Pharm. Batean.*

℞. *Pulp. Zingib. condit.* ℥ij. *Reſin. Scammon.* ℥j. *confect. Alkerm.* ʒß. *Roſar. r. præp. Crem.* ♃ *i* an. ʒij. *Olei cinamomi* gtt. xx. *Spir.* ⊖ *li* gtt. xvi. *Brodii Zingib. condit.* q. ſ.

Ut fiat ſ. a. Electuarium.

## Chocolada Compoſita.

℞. *Fructus Cacao* no. 700. *Sacchari* ℔ß. *Piperis Mexicani*, Chilles dicti gr. xiv. *Caryophyllor.* ʒß. *Siliquæ Vaniliæ* ʒij. *Achiotæ* ʒj. & ſi lubet, *Ambræ* gr. vj. *Moſchi* gr. iij. Fiat ex omnibus paſta.

Poſſunt alia pro lubitu addi aromata, modo non ſit nimis aromatiſata, nec Saccharo nimium dulcificata: *Fructus* etiam *Cacao eligatur, qui neque ranceſcit, neque carie conſumpus exiſtit.* Præparatio ſolet inſtitui vel per ſolam *aquam*, vel per *Lac* admixtum, ubi ad *Liquoris* ℔j. *Chocoladæ* pulveriſatæ ſumitur ℥j. vel ℥iß. Et ſi inter continuam agitationem ſaltem ebullit ac pulvis liqueſcere & ſpumeſcere incipit, tum uſui apta exiſtit. Nonnulli addere ſolent *ovi vitellum* ac parum *vini canarini*.

## Cinnabaris artificialis.

℞. Partem unam *Sulphuris*, quod liquefacies in magno fictili, huic paulatim permiſcebis *fluentis Mercurii* partes tres, agita & fuſionem continua, donec nullus appareat omnino Mercurius, tunc mixturam hanc pulveriſa, & ſublima in ollis, igne aperto, gradatim adhibito, habebis maſſam duram ac rubicundiſſimam. Si Mercurio metallum aliquod permixtum fuiſſet, id in ollarum fundo permanebit.

Non

Non ſolùm facilior tranſportatu eſt Mercurius in Cinnabarim verſus, ſed etiam pictoribus utilis.

Utuntur etiam eo unguentis pomatis permixto ad pruritum.

Ex eo fiunt etiam ſuffumigia, cum oris fluxum excitare eſt animus. *Vid. corp. ph. p. 18. a.*

## Cinnabaris Antimonii.

℞. *Mercurii ſublimati* propria manu parati, vel aliàs *non adulterati* ℥vj. *Antimonii* ℥iv. (Præſtat verò minori ſemper doſi confectionem inſtituere.)

Tum ſingula priùs in mortario lapideo pulveriſata, exactiſſimè miſce; unde inſignis excitatur conflictus cum æſtuante colore & fumorum venenatorum ingenti copia, in aëra expatiantium, qui vitentur; ſtatim verò poſt mixtionem pulverem immitte retortæ vitreæ, ac in arenam colloca.

Retorta tamen requiritur probè figurata, collo ſat longo & amplo, ne facilè à copia Cinnabaris obſtruatur, & rumpatur.

Hanc ita, ut pene fundum capellæ tangat, colloca; Cum ignis ultimò intenſus requiratur.

Primo verò ignem adde mitem, quo maceratio quaſi quædam perficiatur, poſtmodum auge ignem, ut capella aliquâ ex parte candeſcat; ſic prodit liquor albedine nitens, cui ſuccedit butyrum maximè limpidum, quod alio recipiente excipiendum, prius tamen bene luto munito receptaculo, cum retorta, ne fumus malignus acido-volatilis, laboranti inferat noxam.

Hoc verò ignis gradu perge, donec liquor luteus egredi incipit, tum fortifica ignem, & ſi nullæ amplius decidunt guttæ, recipulum remove & retortæ foramen charta convoluta obtura, vehementiorem-

que ignis gradum adde, ut inferior retortæ pars candeat, & materia in illa liquida reddatur, ſicque Cinnabaris legitimè elevetur: Niſi enim retortæ ima pars uti & materia in retorta contenta, aliquo modo candeſcat, Mercurius non aſcendit, & in Cinnabarim mutatur, excepto ab initio operationis, ubi cavendum, ne ſub butyri deſtillatione vehemens ignis adhibeatur, atque eo ipſo productio ſulfuris antimonialis impediatur. Vel quod jam productum eſt dejiciatur.

Signum verò caloris nimis fortis eſt, ſi citius butyrum exeat, ita ut gutta guttam trudat, & retortæ collum variegato colore nimirum flavo, viridi, rubro, &c. Statim pingatur utpote qui dependent à deſtructione ſulfuris. Hoc obſervato ergò ignis debilitetur; donec mediocri hoc igne omne butyrum prodiit, & liquor luteus prodire incipit, ubi tempus eſt ignem addere fortiorem.

Peractâ operatione, quæ aliàs ſi paulò major ingredientium copia ſumitur, intra 12. horas fieri ſolet, frangatur retorta, & colligatur, Cinnabaris, & aqua fontana aliquoties abluatur, ut butyrum forte adhærens eluatur. *Vid. corp. ph. p. 36. a.*

## Claretum Abſinthiacum laxativum *Minſichti.*

℞. *Fol. Senæ elect.* ℥ß. *Turbith alb. & gum. Mechoacannæ* an. ʒvj. *Abſinth. pont. Bacc. Juniperi* an. ℥ß. *Rad. Ireos noſtrat. Eſulæ minor. præp.* an. ʒiij. *Sem fœniculi, Carvi* an. ʒij. *Calami aromatic. Cingiberis alb. Cinamomi acut. Caryophyllorum, Zedoariæ* an. ʒj. *Flor. Epaticæ alb. Sambuci, Geniſtæ* an. ʒß. *Croci Oriental. Epithym.* an. ℈j.

Inciſa & contuſa infundantur in *vini Rhenani* ℥xxxvi.

Ma-

Macerentur in B. M. poſt debitam digeſtionem ebulliant parum, & additis *Sacchari alb.* ℥iiij. clarificentur per manicam Hypocratis, & ſic fiat Claretum.

Quod in Cachexia, Hydrope, Hepatis & lienis obſtructione, febribus, colicâ, Scorbuto, Scabie, &c. ſelectiſſimum & ſpecificum eſt laxativum.

Doſi ℥iiij. *Vid. corp. ph. p. 453. a.*

## Claretum Aniſatum *Minſichti.*

℞. *Sp. vin. aniſat.* ℔ iij. *aq. loch. ſani marrub. fl. viol.* an. ℔j. *caſſ. lign.* ʒij. *macis* minutim conciſ. ʒß. macer. p. 8. d. poſtea add. *ſacch. cand. alb.* ℥xij. clarif. per manicam Hipp. F. Claretum in aff. thoracis uſurp. doſis cochl. j. ad ij. vel iij. *Vid. corp. ph. p. 453. a.*

## Claretum Apoplecticum *Michaelis.*

℞. *Flor. anth. lavend. ſalv. prim. ver. tunic. beton, calend.* an. Pij. *Rad. ariſt. rot. irid. flor.* an. ℥i. *Raſur. lign. ſaſſafr.* ℥iß, *viſc. q.* ℥ß. *nuc. m.* no. viii. *cinam caſſ. lign.* an. ʒiii, *cardam. cubeb.* an. ʒiß. inf. in ſ.q. *vin. rh.* per bid. in loc. cal. poſtea col, & edulc. *ſacch.* F. Claretum in Apopl.

## Claretum ant-Apoplecticum Laxativum *Minſichti.*

℞. *Fol. Senæ elect.* ℥ii. *Turbith. albet. gumm.* ℥i. *Baccar. juniperi, Rad. Zedoariæ* an. ℥ß. *Agarici alb. & levis, Hellebori nigri præp.* an. ℥ii. *Galangæ min. Cubebarum, Zingib. alb. Cinamomi* an. ʒi *flor. Lavendulæ, Primulæ veris, Calendulæ. Lil conva!!.* an. ʒß.

Infundantur in *vini Rhenani* ℥xxxvj. macerentur in B. M. per biduum; poſtea coq. parum & additis *Sacchari alb.* ℥iiij. Clarificentur per manicam Hippocratis & f. Claretum. *Vid. corp. ph. p. 453. a.*

Cla-

## Claretum Chalybeatum *Minſichti.*

℞. *Vin. malv. opt.* ℔iii. *chalyb.c. aceto tamarind. pp.* ℥i. *rad. ſcorzon. acidi tart.* an. ℥ß. *galang. min. caſſ. lign. caryoph.* an. ʒi. hæc in vas vitr. indita m. & dig. loco cal. mov. aliq. per bid. deinde coletur per man. Hipp. & clarif. Prodeſt in obſtruct. hep. & lienis, & cachexiam corrigit. *Vid. corp. ph. p.* 454. *a.*

## Claretum Antepilepticum laxativum *Minſichti.*

℞. *Fol Senæ elect.* ℥ii. *Turbith. alb. gum. Mechoacannæ* an. ℥ß. *Raſ. Cornu alcis, Cranii humani, nuc. Moſchatæ* an. ʒii. *Rad. & ſem. Pœoniæ debite collect. Viſci quercin.* an. ʒß. *Cardamomi min. Caſſiæ ligneæ, Caryophyllorum* an. ʒi. *Flor. Pœoniæ maris, Lilior. convall. Lavendulæ, Tiliæ*, an. ʒß.

Macerentur in *Vini Rhenani* ℥xxvi. Stent in infuſione in loco calido per biduum; Coquantur poſtea parùm, & additis ſacchari albiſſ. ℥iii. clarificentur per manicam Hippocr. & f. Claretum. *Vid. corp. ph. p.* 454. *a.*

## Claretum confortans caput *& nervoſum genus* D. J. M. *ex Th. Hoffmanni.*

℞. *Cubebar. Caryophyllor. Cinamom. calam. arom.* an. ℥ii. Infunde per noctem in *Vini Malvatici* ℔iiii.

Mane per manicam Hippocr. colentur, adde Sacchar. ℥viij.

S. Hauptſtärckender Wein. *Vid. corp. ph. p.* 452. *a.*

### *Aliud ſimile ex Theſ. Hoffmanni.*

℞. *H. Betonic. roriſm. Salviæ, primul. veris* a. p. ii. *Fl. Stœchad. A. Betonic. Lil. convall. roſ. r.* a. p. j. *Cardamom.*

*mom. nuc. Moſchat. Caryophyll. Cinamom.* an. ℈ii. *Cubeb. Calam. arom.* an. ʒj. *Cortic. citri. aurant.* an. ℥ß.
Infunde in *vini Malvatic.* menſur. j. adde *Sacchar. opt.* ℥iii.

Filtra per manicam Hippocratis, miſce, fiat Claretum.

## Claretum matricem confortans *Hoffm.*

℞. *Cinam. anthophyll.* ana ʒij. *rad. coſt. zed.* ana ʒi. *nuc. m.* no. ij. inf. in *vin. rub.* ℔iiiß. p. n. mane per man. Hipp. col. addedo *ſacch.* ℥vj.

## Claretum moſchatum *Minſichti.*

℞. *Caſſ. lign.* ℥ß. *caryoph.* ʒij. *nuc. m. macis. cort. citri* ana ʒi. *rad. ir. fl. galang. min.* ana ʒß. *ſant. citr. lign. al.* ana. ℈i. *ambr. griſ. moſch. opt.* ana ℈ß. pulv. & m. adde *vin. malv.* & odorif. ℥xx. ſt. in dig. per al. d. adde *ſp. roſ.* ℥iv. clarif. per man. Hipp. edulc. *ſacch.*
Fœtorem oris & naſi emendat, & ventric. & cor roborat. Vid. corp. ph. p. 455. a.

## Claretum Juniperinum M*inſichti.*

℞. *Spir. vini juniperini* ℔iij. *Aq. rad. Enulæ camp. Tuſſilaginis, Loch ſani*, ana ℔j. *Cinamomi acut.* ʒij. *Caryophyllor. integ.* ℥ß.
Infunde per aliquot dies, poſtea per manic. Hipp. deſtilla, & *Sacchari cand. alb.* ℥xvj. edulcora & uſui reſerva.

In Aſthmate, Tuſſi, cæterisque pectoris viriis nec non imbecillitate, & inflatione ventriculi; item in Dyſuria, Stranguria & Calculo excellens eſt.

Doſis à à cochl. j. ad ij. vel iij. aliquoties in Septimana. Vid. corp. ph. p. 455. a.

## Claretum laxativum *ex Schrœdero.*

Rec. *Cinamom. Galang. Caryophyllorum, Macis, Zinzib.*
ana

ana ʒj. *Turbith. alb.* ʒvj. *fol. Sen. el.* ℥j. *Mechoacann.* ʒiij. *Sacchar.* ℥iij. *Vini generoſi* ℥xvi. *Aq. fontan.* ℥viij. *Cremor. tart.* ʒij.

Stent in infuſione per noctem, dein colentur per Manic. Hippocr.

Purgat humores Melancholicos & pituitoſos.

Doſi ℥iij. vel iiij. *Vid. corp. ph. p. 451. a.*

## Clarerum Antinephriticum *Minſichti.*

℞. *Hordei integri, Cicerum rub.* ana ℥iß. *Rad. Ononidis, Eryngii,* ana ℥j. *Glycyrrhizæ, Petroſelini* ana ℥ß. *Bacc. junip. contuſ. gran. Alkekeng.* ana ʒij. *Sem. Milii Solis, Oxyacanthæ, Altheæ, Malvæ min.* ana ʒiß. *H. Violar. flor. Geniſtæ* ana ℥j. *Caricarum ping. Sebeſten* ana no. xi.

Infundantur in *vini alb. tenuis* & *aquæ pluviæ*, ana ℔iij. per 24. horas; poſtea coq. ad iij. partis conſumptionem, ut remaneant ℔iiij.

Quibus adde *Sacchari albiſſ.* ℥iiij. & per manicam Hippocratis clarificentur & ſervetur Claretum. Vid. corp. ph. p. 455. a.

## Claretum purgans, *ſeu Vinum Hippocraticum* ♂ *ale Schrœderi ex Sala.*

℞. *Vitri* ♁ii ſubtiliſſ. pulveriſ. ʒj. ℈ij. *Vini alb. opt.* ℥viiiß.

NB. ♂ ♀ (6) dein cola, colaturæque adde:

*Sacchar. albiſſ. pulveriſat.* ℥iij. vel ʒß. Aromatizetur cum opt. △ *Cinamomi* & ſervetur.

Doſis ʒj.

Vires: Satis leniter ſuaviterque operationem ſuam infra & ſupra exercet. Vid. corp. ph. p. 451. a.

## Claretum anti-Podagricum laxativum *Minſ.*

℞. *Hermodact. alb.* & à cortic. ſuperior. mundat. *fol. Senæ*

*Senæ elect.* ana ℥ij. *Turbith. alb. & Gumm. Mechoacannæ* ana ℥ß. *Herb. Chamædrios, Verbenæ* ana ʒij. *Sem. Fœnicul. Aniſi* ana ʒiß. *Cardamomi min. Cinamomi acut. Macis, Croci Oriental.* ana ʒj. *Flor. Ireos noſt. Verbaſci, Violarum, Anthoſ.* ana ʒß.

Macerentur in *vini alb. tenuis* ℥xxxvi. in loco calido per biduum; poſtea coq. parùm, & additis *Sacchari alb.* ℥iiij. clarificentur per manicam Hippocrat. & fiat Claretum. Vid. corp. ph. p. 456. a.

## Claretum purgans *Minſichti.*

℞. *Fol. Senæ elect.* ℥ij. *Rad. Ireos noſt.* ℥j. *Mechoacannæ, Hermodact. alb. Turbith. alb.* ana ℥ß. *Herb. Agrimoniæ, Scolopendr. Veronicæ,* ana ʒij. *Sem. fœniculi, Aniſi,* ana ʒiß. *Caſſiæ ligneæ, Caryophyllorum, Cingiberis alb. Cardamomi acut.* ana ʒj. *Flor. Geniſtæ, Meliſſæ, Bugloſſæ Salviæ,* ana ʒiß.

Infunde in *vini veteris* ſ. q. macerentur per 24. horas, poſtea coquantur, & in colatura adhuc calida ℥xvj. diſſolve *mannæ calab.* ℥iiij.

Iterum cola & adde:

*Aq. Cinamomi* ℥j. *Elæoſ. citri* ʒj.

Denuò miſce & fiat l. a. Claretum laxativum.

Pituitam & aquas educit & à juncturis trahit: Cephalæam & Epilepſiam juvat, veteres defluxiones ſiſtit; Ob id podagræ & aliis arthritidis differentiis confert, & articulorum, coli, & renum doloribus utile eſt catharticum.

Doſis ab ℥iij. ad ℥iiij. Vid. corp. ph. p. 457. a.

## Claretum paſſulatum laxativum *Minſichti.*

℞. *Paſſ. min.* vino elotar. ℥ij. *fol. ſen. el. mechoac.* ana ℥j. *rad. glyc. raſ. cinam. acut. ſem. aniſ. cont.* ana ℥ß. *Herb. pulm. macul. phyllit.* ana ʒij. *Tuſilag. marrub.* ana

ana ℥iß. *fl. epat. alb. hyſſ. ſalv.* ana ʒi. *croc. or. matth.* ana ʒß. *fic. ping. jujub. ſebeſten. dactylor.* ana no. viij. macer. in *hydromel. opt. & antiq. aq. hord.* ana ℔iij. p. 24. h. poſtea coque parum & addit *ſacch. cand. alb.* ℥iv. clarif. p. man. Hipp. F. Clar. Laudatur in affect. pectoris; doſis ab ℥iv. ad vj. Vid. corp. ph. p. 456. a.

## Claretum Paſſulatum laxativum de *Spina.*

℞. *Paſſ. maj. min.* ana ℥j. *caric. ping.* no. v. *cinam. caſſ. lign.* ana ʒi. *ſal. tart.* ʒß. *fol. ſen. mund.* ℥ß. *flor. perſic. viol. roſ. rub.* ana Pij. *Agar. troch. aloës ſuccotr.* ana ʒi. cont. in mort. & incl. nod. aff. *vin. Hiſp.* ℔j. ſt. in f. p. 2. d. & n. F. Claretum pro una doſi.

## Claretum Paſſulatum Pectorale *de Spina.*

℞. *Paſſul. maj. min.* ana ℥j. *Raſur. lign. ſaſſafr. ſant. citr. rub.* ana ʒiij. *caric. ping. dactyl.* ana no. iv. *cort. cinam. caſſ. lign. chinæch.* ana ʒi. *Rad. chinæ, liquirit. ſalſap. ir. fl.* ana ʒß. *fl. roſ. rub.* Pij. *tunic.* Pi. *Aloës ſuccotr. myrrh.* ana ʒß. *caryoph. arom. anthophyll.* ana ℈ij. *nuc. m. macis.* ana ʒß. *croc.* ℈ß. cont. & includ. nod. & inf. *vin. Hiſp.* q. ſ. ſt. in dig. p. al. d. edulc. tinct. *Sacch.* q. pl. F. Claretum.

## Claretum Pectorale *Hoffmanni.*

℞. *Rad. glyc. helen. irid. fl.* ana ℥ß. *cort. citri aurant.* ana ℥ij. *herb. marrub. alb. ſcab. veron. tuſſil. hyſſ. pulm.* ana Pij. *fl. ſcab. meliſſ. beton.* ana Pj. *Paſſ. min.* ℥ß. *ſebeſten. jujub.* ana no. x. *croc. caſſ. lign. cinam.* ana ℈ij. *cubeb. caryoph. nuc. m.* ana ʒß. inf. p. n. in *vin. helen.* vel *malv.* q. ſ. adde *ſach. penid.* ℥vj. F. p. man. Hipp. Claretum.

Clare-

## Claretum Rhabarbaratum Minſichti.

℞. *Fol. Senæ elect.* ℥ij. *Rhabarb. opt.* ℥j. *Rad. Scorzoneræ* ℥ß. *Herb. Phyllitidis, Hepaticæ* ana iij. *Sem. Petroſelini, Apii*, ana ℥ij. *Galangæ min. Caſſiæ ligneæ, Zingib. alb. Caryophyllorum*, ana ʒj. *Flor. Centaur. min. Epaticæ alb. roſar. rub. Cichorei* ana ℥ß. *Croci Oriental. Epithymi* ana ℈j.

Macerentur in MB. in *vini Rhenani* ℥xxxvj. per biduum; poſtea ebulliant parum & additis *Sacchari alb.* ℥iiij. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum. *Vid. corp. ph. p. 457. a.*

## Claretum ſtomachicum confortans *ex Minſichto.*

℞. *Cinamomi acut.* ℥j. *Menthæ criſp.* ℥ß. *Maſtiche elect. Galangæ min. Caryophyllor.* ana ʒij. *Calami aromatic. Cardomom. min. Zingib. alb.* ana ʒj. *Lign. Aloës ponderoſ. Rad. Pimpinellæ, Zedoariæ*, ana ℥ß.

Macerentur in *vini Malvatici* ℥xxxii. per aliquot dies; poſtea clarificentur per manicam Hippocratis & fiat ſic Claretum. *Vid. corp. ph. p. 458. a.*

## Clyſſus Antimonii, *aliâs* Aqua Tonitrualis.

℞. *Antimon. crudi, Nitri opt. Sulfuris commun.* aa. p. æqu. Redigantur omnia ſeorſim in pulverem, qui cribretur, & miſceatur; tum ſupra ignem ponatur retorta tubulata, applicato recipiente amplo vitreo, (ſunt qui doliolum parvum, vel ſatis capax ſumunt) *quod pauxillum aquæ fontanæ* contineat; Sit verò junctura recipientis & retortæ leviter tantùm clauſa; Tum in retortam ignitam ingeratur cochlear prædicti pulveris, ſtatimque claudatur

P tubulus

tubulus aut foramen retortæ, operculo, ſic in momento accenditur materia, propelluntur que cum impetu ſpiritus in recipiens, ceſſantibus verò his, novum cochlear ejus pulveris injicitur, continuaturque operatio, donec omnis materia eſt conſumpta, tum recipiens auferatur & crebrius moveatur ac hinc inde eluatur, tum verò liquor acidus effundatur, per chartam filtretur, & ad uſum recondatur.

Vires prædicantur inſignes ad temperandum calorem febrilem, item attenuantes, aperientes, Diaphoreticæ, Stomachicæ, Alexipharmacæ, &c.

Cl. Ettmüllerus *Commentario in Schrœderum* anaticam clyſſi ingredientium proportionem minus convenire, ac propter abundantiam 🜍, deflagrationem impediri; 🜍 in nitro figi & parum Spiritus ſic acquiri dicit, hinc ſequentem ingredientium proportionem ceu genuinam communicat, v. g.

Rec. *Antimonii* ℔j. *Nitri* ℔ij. 🜍*is* ℥iij. Mixta per retortam deſtillentur, ſic prodit egregius ſpiritus acidus volatilis, quibuscunque ſpiritibus mineralibus pro uſu interno præferendus, cum vi ſingulari diuretica polleat: Inter operationem ſimul elevantur flores ♁ incarnati.

## Confectio Aniſi ſolutiva emetica.

Rec. *Sacch. albiſſ.* ℔ij. *ſolv.* c. ſ. q. aq. roſar. ad conſiſt. ſyr. craſſ. interea paretur pulvis catharticus. Rec. *pulv. rad. mechoac. alb.* ℥i. *aſari* ʒv. *crem. tart.* ℥i. *cin.* ℥ß. *nuc. m.* ʒij. *merc. vit.* ℥ß. M. F. Pulvis dein ℞. *aniſ. el.* & à ſtipit. ℔ß. immitt. aheno cupreo ſuper igne leni colloc. ſuſpenſo & cum ſupradicto ſaccharo humectetur inſperſoque pulvere carthartico iterum exſiccetur, toties hoc faciendum, donec

pulvis

pulvis aniſum & ſaccharum juncta in unum corpus coaluerint. *Vid. corp. ph. p. 331. a.*

## Confectio Cinamomi, *ſive Cinamomum coctum Zvvelfferi,*

℞. *Amygd. dulc. decort.* ℥iij *Piſtach. decort.* ℥ß.

Contundantur minutiſſimè in mortario, ad pultis formam, addita paulatim ſ. q. *aq. Cinamomi opt.* quibus adde:

*Sacchari can. albi pulv.* ℥viij. *Pulv. Cinamomi acuti* ℥iij. *Boli Armenæ orient. præp.* ʒvj. vel ℥j. *Cardamomi. Piperis longi, Zinziberis*, ana ℥ij. *Ol. Still. Cinamomi* ℈j. vel ʒß.

Cùm ſuffic. quant. *Mucilag. Tragacanthi, aqua Cinamomi extractæ*, fiat maſſa, ex qua formentur Cannulæ inſtar, Cinamomi, ſiccentur leniter. *Vid. corp. ph. p. 343. a.*

## Confectio Cinamomi *alia Zvvelff.*

℞. *Pulv. Cinamomi acut.* ℥ij. *Zinziberis albi* ℥ß. *Caryophyllorum, Nuc. Moſchat.* ana ʒiiß. *Boli Armen.* ʒvj. *Ol. Cinamomi Still.* ℈j. vel ʒß. *Sacchari can. albi* ℔j.

Et quibus mixtis inque pulverem redactis addita ſ. q. *Mucilaginis Tragacanthi, aqua Cinamomi* extractæ fiat paſta, è qua formentur Cannulæ inſtar Cinnamomi convolutæ.

Roborant ventriculum & cerebrum, facultatem concoctricem labefactatam confortant, & anhelitum gratum conciliant. *Vid. corp. ph. p. 343. a.*

## Confectio Emetica citrata *Zvvelfferi.*

℞. *Sacchari albi pulveriſati* ℥iv.

Solvatur ſ. a. in ſ. q. *ſucci citri recenter* & jamjam *expreſſi*, ſine ebullitione, in patella ferrea, igne tamen carbonum recenti.

Cui adde ab igne prius remoto & nonnihil fervore remittente.

*Corticum citri recent. extimorum & ſubtiliſſimè contuſorum ad pultis formam,* ℥ß. *Tartari mei purgantis antimoniati* ℨvj.

Fiat l. a. confectio ſolida ſive in forma rotularum ſive morſellorum delicatiſſima.

Doſis ℨiij. ad ℥ß. *Vid. corp. ph. p. 343. a.*

## Confectio Hamech. Maj. *Meſ.*

℞. *Myrobalan. Citrin.* ℥iiij. *Chebularum, Indarum, Rhabarb. el.* aa. ℥ij. *Agarici. Colocynth. Polipod.* ana ℥ij. ℨij. *Abſinth. Thymi, Senæ,* aa. ℥j. *Violarum* ℥iß. ℥iij. *Epithymi* ℥ij. *Sem. aniſi, fœnic. Roſar. rubr.* aa. ℥vj. *Prunor.* no. 60. *Paſſular. enucl.* ℥vj. Macerentur omnia in *Succi Fumi terræ* ℔j. *Seri lactis caprini* ℔xii. In vaſe vitreato, in loco tepido per viginti quat. horas, poſtea ferveant unâ vel alterâ ebullitione & colentur: In colatura ſolvatur, *Sacchari albi* ℔iß. & ad debitam conſiſtentiam coquatur addendo in fine *Pulpæ Caſſiæ* ℥iiij. *Tamarindorum* ℥v. & ubi ab igne remota fuerit, ſequentes pulveres paulatim inſpergendo *Scammonii præp.* & ſeorſim in pulv. redacti ℥iß. *Myrobolanar. citrin. Chebular. Indar.* aa. ℥ß. *Belliricar. Emblicarum, Rhabarb. Sem. Fumi terræ,* aa. ℨiij. *Aniſi, Spicæ Indicæ* aa. ℨij.

Fiat Electuarium ſ. a.

Conducit cutis fœditati, impetigini, ſcabiei, elephantiaſi, cancro exedenti, &c. *Vid. corp. ph. p. 343. a.*

## Confectio adverſus Lumbricos *Zwelfferi.*

℞. *Semin. Cynæ probè mundati, & à ſtipitibus liberati* ℥iij.

Obducantur ſaccharo juxta artem confectoriam, inſperſo paulatim & per vices, quotieſcunque ſemen inter initia ſaccharo humectatur, uti moris pulvere ſubſe-

ſubſequente, donec totus is ſemini cum ſaccharo ſenſim & per vices agglutinatus ſit.

Tandem pulvere omni inſperſo & ſemini Cynæ juncto, ſolo ſaccharo puro ad competentem magnitudinem & candorem confectio reducatur. Erit confectio non injucunda, adverſus lumbricos efficax, data à ʒij. ad ℥ß. *Vid. corp. ph. p.* 331. *a.*

## Confectio Pectoralis *Ph. Aug. V.*

℞. *Pulv. rad. ir. fl.* ℥iij. *liquir.* ℥i. *cinam.* ʒij. *nuc. m.* ℥i. *caryoph.* ℈ij. *macis.* ℈j. *ſpec. diair. ſimp. diatrag. fr.* ana ʒij. *zingib. alb.* ℥iij. *croc.* ℈ß. *ſacch. alb. in aq. farfar. ſolut.* ℥xx. F. ſ. a. Tabulæ aut morſuli. Prodeſt ad tuſſim & Pect. vitia. Vid. corp. ph. p. 337. a.

## Confectio poſt Paſtum. *P. A. V.*

℞. *Sem. Aniſi, Fœniculi, Carvi, Coriandri, Zingiberis albi,* ana ʒiß. *Calami aromatici, Nucis Moſchatæ,* ana ʒj. *Cinnamomi electi* ʒij. *Sacchari albiſſimi* ℔iß.

Semina maneant integra reliqua verò diligenter incidantur, & cum ſufficiente quantitate *aq. Roſarum* fiant Morſelli, qui aromatiſentur

*Moſchi orientalis* granis ij.

Tardam infirmamque ventriculi concoctionem promovet, & craſſos ejuſdem flatus diſſipat, ructus quoque acidos compeſcit, & oris halitui gratiam conciliat. *Vid. corp. ph. p.* 342. *a.*

## Pulvis pro inſpergenda confectione ſequens eſto.

℞. *Turbith albi gummoſi* ℥iß. *Mechoac. alb.* ℥j. *Corallinæ* ℥j. *Cinamom. opt.* ℥ß. *Mercur. dulcis ritè parati,* & bis aqua calida loti ʒvj.

M. fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus. Vid. corp. ph. p. 331. a.

## Conſerva Hepatica Corallitana *Pharm. Batean.*

℞. *Fruct. cynosbati matur.* à ſemine & capillamentis exactè liberati, q. ſ. cuſtodiantur ſimul in loco clauſo, per VI. dies, deinde adjecta *vini rubelli* q. ſ. coque ad mollitiem, & per ſetaceum trajicito; Tum pulpæ adde *Sacchari opt.* aa. & ad unamquamque libram, *Aquæ Roſar.* ℥iß. Tum verò coque in M. B. ad mivæ conſiſtentiam.

## Crocus Auri,

*Quem* Zvvelfferus *hunc in modum conficit.*

℞. *Auri finiſſimi per antimon. purgati & ſubtiliter laminati* ℥ß. *Salis nitri optimè purificati, ſalis communis, ſeu Gemmæ*, ana ℥viij. *Aluminis crudi* ℥v.

Miſceantur immittanturque cucurbitæ vitreæ, quibus ſuperaffundatur aquæ ſimplicis ſ. q. pro diſſolutione dictorum ſalium. Coquantur poſt in arena, igne moderato ad ſpiſſitudinem vel ſiccitatem ſalium priſtinam.

Aurum totaliter ſolvetur & ſalibus permiſceatur, quibus denuo aquæ ſimpl. ſ. q. pro diſſolutione dictorum ſalium, & auri affundatur; filtretur ſolutio ſolis flava, laureique coloris, cui guttatim inſtilletur:

*Olei Tartari per deliquium facti* q. ſ.

Quouſque aurum totaliter fundum petat, quod per filtrum ab aqua ſalſa ſeparandum, & aqua dulci recenti ſæpiùs affuſa, probè edulcorandum, tandemque exſiccandum; & (ſi lubet,) igne lento per horæ quadrantem calcinandum eſt. Erit Crocus ſolis pulcher aſpectu, purpureo-violacei coloris; ſi benè operatus fue-

fuerit; ſudoriferum & cordiale inſigne. *Vid. corp. ph. p. 239. a.*

## Crocus Martis aperiens. *juxta Le Mery.*

Inde *limaturam ferri* in fictile minimè vernice obductum, & *expone pluviæ*, quo uſque in paſtam reducatur: repone in umbra loco ſicco, & rubiginem contrahet:

Pulveriſetur & iterum pluviæ exponatur, ut inſtar paſtæ evadat, & ut prius rubiginem contrahat curabis: idque continua duodecies, tunc, poſtquam in tenuiſſimum pulverem reduxeris, ad uſum repones. Humectari poteſt *aquâ mellis*, locô aquæ pluviæ. *Vid. corp. ph. p. 253. a.*

## Crocus Martis alius aperiens *Le Mery.*

*Limaturæ ferri & Sulphuris pulveriſati* partes æquales, miſce & *aquâ additâ* fiat paſta, hanc paſtam in fictile colloca, ibique fermentari permitte, per quatuor aut quinque horas, quibus elapſis calido igne fictile admovebis & ſpatulâ ferreâ materiam agitabis, flammam concipiet, & nigra apparebit Sulphure uſto, ſed ignem magnum continuando, & materiam per horas duas agitando, acquirit colorem valdè rubrum, quod ſignum erit perfectæ operationis; permitte ut refrigeſcat, & ſerva hunc Crocum, cujus uſus idem cum præcedentibus eſt, in iiſdem morbis, datur à granis xv. ad ʒj. *Vid. corp. ph. p. 253. a.*

## Crocus Martis Cachecticus *Zvvelfferi.*

℞. *Nitri puri* ℔j.

Liquefiat ſuper leni igne in crucibulo, cui injiciatur:

*Limaturæ ferri* q. ſ.

Ad ſiccitatem nitri, paulatim tamen & ſucceſſivis acti-

actibus, quoad nulla amplius raſura imprimi queat, quo facto relinquantur paululum adhuc ſuper igne aliquantum aucto, donec nitrum ſponte ſua accenſum propemodum conflagret.

Eximatur deinde maſſa è crucibulo & ei affundatur *aqua calida*, quæ ſi tincta fuerit rubicundo colore, decantetur filtreturque.

Hinc ſpatio unius circiter diei & noctis deſidebit pulvis rubicundus, & fundum petet, qrem ab aqua per filtrum aut decantationem ſeparatum ac probe ſiccatum ad uſus ſervato.

Præſtans eſt in Cachexia morboque virgineo & Cloroſi, oblatus à ℈ . ad unum & ʒß. vel in quadam conſerva aut vehiculo quocunque alio, palato grato. *Vid. corp. ph. p. 254. a.*

## Crocus Metallorum *Rulandi.*

Crocus hic *Rulandi* quiſnam ſit, & quomodo conficiatur, variè agitatur.

1. Quercetanus fere in opinione eſt, Crocum illum Rulandi non eſſe diverſum à croco illo vulgari Metallorum: *Hartmannus* ab hoc non niſi levi diſcrimine diſtat, quod in præparatione ſitum eſt: nempe *ſali nitri* fluenti & ab △ remoto, ſine inflammatione admiſcet ♁ ſpatula ferrea continuò agitando, donec omnia probè ſint mixta, quæ tandem accendit. *Vid. corp. ph. p. 283. a.*

## Crocus Metallorum Abſinthiacus *Minſichti.*

℞. *Antimonii crudi optimi* & perlucidi *Sal. Abſinthii* an. ℥iiij.

Miſceantur, igneantur & calcinentur ſingulari diligentiâ & debitô modo, ut eſt artis, & Antimonium calci-

calcinatum, ſubrubeum, fixum, & arſenicali pulvere penitus ſpoliatum invenies; quod aqua dulci toties ablue, donec nulla amplius Salis abſinthii acrimonia guſtu percipiatur.

Poſtea pulverem ita edulcoratum & exſiccatum, tanquam verum & genuinum metallorum crocum ad uſum ſerva. *Vid. corp. ph. p. 282. a.*

## Crocus Metallorum *alius magis correctus Coll. Leidenſis.*

℞. *Antimonii crudi* ℥iß. *Nitri pulch.* ℥j. ⊖*is commun. decrepitati*, an. ℥ß.

Mixta liquefiant in crucibulo poſt detonationem, donec inſtar ceræ fluant, per horam; Poſtea refrigeratis omnibus crucibulum frangatur, & invenies maſſam vitri nigricantis inſtar; quæ facilè in pulverem abit rubro-purpureum uſui aſſervandum.

Vocatur ab aliis Magneſia opalina.

Quoad vires mitior eſt iſte crocus præcedenti propter majorem quantitatem ſalis additi, quod detonando plures ſulphureas antimonii partes ſecum in auras rapit.

Doſis eſt à gr. iij. ad ℈ß. *Vid. corp. ph. p. 279. a.*

## Crocus Metallorum, *ſive Hepar Antimonii juxta Le Mery.*

℞. *Antimonii & nitri* an. ℥xvj.

Pulveriſa & accuratè miſce, hanc mixturam conjicito in mortarium ferreum, atque latere obtegito, relictâ tamen aperturâ, per quam introducendus carbo accenſus, hincque mox extrahendus; materia inflammabitur magnaque fiet detonatio, qua peracta mortario refrigerato id invertes, ejuſque fundum percuties, ut labatur materia, hinc ictu mallei ſeparabis

ſcorias à parte lucida, quæ dicitur Hepar Antimonii propter colorem Hepati haud abſimilem.

Vinum Emeticum ut paretur, infundatur ℥j. hujus hepatis antimonii pulveriſati in boni vini albi ℔ii. per quatuor & viginti horas; hinc requieſcere permittatur.

Datur hoc vinum ab unica dimidia ad ℥iii. *Vid. corp. ph. p.* 1280. *a.*

## D.

### Decoctum adſtringens *Minſichti.*

℞. *Rad. Tormentillæ, Serpentariæ,* an. ℥i. *Cydoneor. exſiccat.* ʒvi. *Sem. Lapathi acut. Antheræ roſar.* an. ʒii. *Herb. urticæ mort.* cum flor. rub. ʒiß. *Nuc. Moſchatæ, Cinamomi acut. Galang. min. Caryoph.* an. ʒi. *Sebeſten.* num. IX.

Coq. l. a. in *aq. Plantaginis* ℔iii. ad tertias, & in colatura clara diſſolve *Camphoræ* ʒi. & ad libitum cum miva Cydoneor. edulcora. *Vid. corp. ph. p.* 397. *a.*

### Decoctum Album *Pharm. Batean.*

℞. *C. C. uſti præp.* ℥ii. *Ab. fontan.* ℔iiii.

Coque ad dimidias, tum coletur citò per linteum rarum cum levi expreſſione, liquori lacteſcenti adde *Syrup. è ſucco arant.* ℥iii. vel q. ſ. ac propina in ſanguinis æſtu.

### Decoctum Alterans *Th. Hoffmanni.*

℞. ▽ *fontan. puriſſ.* ℔ XXXII. *Sacchari candi albiſſ.* ℥x.

Bulliant leniter & colentur.

℞. Hujus *colaturæ fervent.* ℔ XXIV. Adde *Santal. rubr.* ℥iii. *Fl. roſ. r.* M. j. *Spirit.* 🜔*-ol.* ʒii. *Succi citri* ℥XXIV.

Infunde vitro benè clauſo per 6. horas dein colentur & ſerventur pro uſu.

Hoc ſi ante lecti introitum quis uti velit Rec. *Hujus*